



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvací, 1625**

De triplici statu humanæ vitæ. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

## CAPITA HVIVS LIBELLI.

- De tripli*c* statu humana vita.  
 De laude Dei in paupertate.  
 De probatione deuotorum per contraria.  
 De vero amatore Dei.  
 De gratitudine anima, pro omni bono.  
 De conformitate anima deuote cum crucifixu.  
 De ambulatione anima pura cum Deo.  
 De pace cordis, & quiete in Deo.  
 De recollectione cordis cum Deo.  
 De vigilatione & oratione, contra tentationes.  
 De timore aeterna poene, contra vitia carnis.  
 De memoria dominica passionis.  
 De invocatione sancti nominis Iesu & beatae Mariae.  
 De fortificatione contra vitia.  
 De stabilitate in loco & in ordine.  
 De diuino solato in tribulacione.  
 De custodia conscientia.  
 De solitudine & silentio.  
 De refugio pauperis ad Deum adjutorem suum.  
 De paupere & infirme Lazaro.  
 De claro intellectu sacra scriptura.  
 De magnis meritis patientie pro Christo.  
 De bonis moribus humiliis monachi.  
 De prouida locutione, & fraterna compassione.  
 De incerta hora mortis.  
 De aeterna laude Dei.  
 De laude sanctorum Angelorum.  
 Oratio deuoti auxilioris Dei.  
 De unione cordis cum Deo habenda.  
 De vera pace in solo Deo.  
 De recta intentione ad Deum.  
 Oratio humili & contriti spiritus.  
 De bona societate cum Iesu, & sanctis eius.  
 De summo bono & ultimo fine, in solo Deo ponendo.

- Cap. I.**  
 II.  
 III.  
 IV.  
 V.  
 VI.  
 VII.  
 VIII.  
 IX.  
 X.  
 XI.  
 XII.  
 XIII.  
 XIV.  
 XV.  
 XVI.  
 XVII.  
 XVIII.  
 XIX.  
 XX.  
 XXI.  
 XXII.  
 XXIII.  
 XXIV.  
 XXV.  
 XXVI.  
 XXVII.  
 XXVIII.  
 XXIX.  
 XXX.  
 XXXI.  
 XXXII.  
 XXXIII.  
 XXXIV.

## CAPVT I.

De tripli*c* statu vita humana.

I. Ego flos campi, & lily conuallium. Hec est vox Christi, ad *Cant. 2.*  
 sanctam Ecclesiam in generali, & ad qualibet animam deuo-

tam  
L I

Christus  
flos campi  
& lilyum  
conual-  
lum.

tam in speciali. Christus enim est speciosus Sponsus sancte Ec-  
clesiae, & caput omnium fidelium: flos omnium virtutum, & li-  
lum conuallium: amator humilitatis & castitatis. Qui ergo vult  
Christo seruire & cælesti Sponso placere, studeat virtus sua vince-  
re, lilia virtutum colligere, otium vitare, libenter studere, libros  
scribere, manibus operari quod utile est; frequenter orare, & Deo  
intimè vacare, tumultus fugere, secretum diligere, & de alienis  
rebus & sibi nocuis tacere.

2. Habitus namque exterior parum valet, sine interiore vir-  
te coram Deo. Vas est foris ornatum, sed intus vacuum. Sicut ex  
bono vase vini bonus odor procedit, sic ex bono corde religiosi  
bona verba & sancta opera procedunt, ad laudem Dei & utilita-  
tem proximi. Attende ergo frater statum tuum, in quo stas, & co-  
ram hominibus ambulas; ut Deo dignè placere studeas, & alio  
factis & moribus sanctis ædifices. Totum enim in te redundabit,  
quicquid boni feceris, & quicquid mali coram Deo commi-  
seris. Quando ergo comedis & bibis, dormis & quiescis & quo-  
cunque volueris pro libitu tuo transis; tunc facis opera carnis, &  
assimilares bestijs terrenis, quae discurrent, comedunt, & bibunt,  
& replet ventrem suum, donec saturentur. Et si quis eis resistit,  
illum stimulant cornibus & vngulis, terrent vultibus, & mordent  
dentibus, & clamant vocibus horrendis. Tales sunt carnales ho-  
mines, gulosi, auari, superbi, iracundi & litigiosi; spiritum Dei  
non habentes, sed passiones suas sequentes.

3. Sed quando vigilas & oras, legis & cantas psalmos & hym-  
nos, de Deo & sanctis eius; vel quando ieiunas & abstines à vi-  
tis, & proximo seruis; aut pro peccatis tuis doles, gemis & plo-  
ras, confiteris & veniam petis; tunc facis opera Spiritus sancti, &  
secundum spiritum ambulas, & religiosæ vitæ ordinem servas.  
Tunc etiam sanctis angelis assimilaris in cælis, qui semper De-  
um laudant, & cantant, & benedicunt, & nunquam facient suam  
ab eo auertunt. Quando vero superbis, irascenis, detrahis, mur-  
muras, fallis, mentiris, alios perturbas, & de malis eorum gaudes,  
& de bonis tristaris; aut quando proximum despicias, & com-  
modum tuum in omnibus queris; tunc diabolum sequeris, &  
demonibus assimilaris per malitiam & vitia, quæ committis.  
Nam ipsi passiones suas & nequitias sequuntur, quantum pos-  
sunt & audent facere, & in malis delectantur, quia boni non sunt,  
& alios seducere & peruertere nituntur. Vita ergo iustorum an-  
gelis similis, vita carnalium bestijs æqualis, vita superborum &  
demonibus comparatur. Cane serue Dei, ne laqueis eorum inuol-  
uaris, & in iudicio ab eis accuseris & confundaris.

Carnales  
bestijs, iu-  
sti angelis,  
superbi de-  
monibus  
similes.

CA

